



## **Stavrologia Coloniensis**

**Gelenius, Aegidius**

**[Coloniae Agrippinae?], [ca. 1636]**

XXII. † Ravtenbergica.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64564](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64564)

Coloniensis.

35

ceatus est in terris, & tamen quotidie sedens  
ad dexteram Patris, se configi per Prophetam  
conqueritur, dicens: Et me vos configitis  
gens tota die.] *Malatz*

## XXII. ✠

### RAVTENBERGICA.

**N**Equè hîc prætereundum est, quod  
nostra tempestate, licet quoque  
extra Diœcesin Coloniensem, audiui-  
mus in Hildeshemensî scilicet Episco-  
patu, contigisse miraculum. Berthol-  
dus Principis Brunsvvicensis sarrapa in  
Lauenstein, possidet sub Serenissimi  
Archiepiscopi nostri FERDINANDI ter-  
ritorio Hildeshemensî pagum Rauten-  
berg, ad iurisdictionem Sarrapiæ Stur-  
vvaldensis spectantem. Huius loci cau-  
po eum anno 1618. decimo die Aprilis  
epitaphium aliquod ligneum defunctæ  
uxori ponendum fabro locasset, faber  
pro libertate sua ex veteri Catholico  
more, Crucifixi imaginem tumulo præ-  
fixit. Biennio post anno 1620. festo S. *† globo*  
Thomæ, eodem in cœmiterio eiacula- *traiecta*  
toriam nonnulli exercent, hos inter, ut *cruore*  
*distillat*

*C 2* *fa-*  
præter legitima testimonia etiam fama

fama est, Bodo Prædicantis filius, dextrum Crucifixi brachium plumbea glâde traicit, elicitq; copiosum inde manantem sanguinem. Accurrit ad huiusmodi portenti insolentiam, admiranda Acatholicorum turba, non sine conspectæ rei veneratione. Interim fatuus præco pium vt sensum atque opinionem aspectantibus excuteret, ambone consersso multa stolidè blaterat, frustra contendens non sanguinem, sed viridiori è ligno vliginē aliquam destillasse, cum tamen ex fabri confessione constaret, ex aridis & biennio siccatis lignis fabricatam Crucem esse. Idem Præco dilui Crucem aquis, & radi diligenter curat, sed & humum quam sanguis copiosè irrorauerat, sarculo vertit: at fuit nihilominus vel apud ipsos fidei nostræ hostes, tanta prodigij huius æstimatio, vt nulla fraude potuerit eius certitudo eleuari. Translata est deinde Crux eadem ab inuicto Duce Tillio in arcem Sturvvaldensem, vbi etiamnum cum tanti prodigij memoria, summa cum religione asseruatur. *Ex prothocollo inquisitionis.*